

aante Belum, & Ninum idolatriam inno-
tuuisse. Fatemur quidem in obscuro adhuc
esse, an homines jam inde divinis hono-
ribus colerentur; fieri enim potuit ut an-
te Belum alia tantum, & elementa fami-
liaria essent eius regionis Numina. Sed in
re dubia nihil certi afferere audemus.

Ad Ægyptum nos conferamus oportet,
ut certius aliquid ea de re investigemus.
Josephi aetate detectabilem illum morem
non adhuc familiarem in Ægypto fuisse,
Grotius in Gen. autemavit. Ex tunc ta-
men propensissimam illam gentem scimus
in magiam, divinationem, auguria, inter-
pretationem sonniorum; cuius rei argu-
mentum est ea, quam Pharao intendit cu-
ram, ut somni sui enigmata panderentur
(e). Ex tunc eadem obtinebant Sacerdo-
tum Ægyptiorum privilegia [f], quæ diu
post manisse apud Herodotum legimus (g),
ac primum concessa ab Osiride Diidorus
Siculus l.2. est author. Inter Ægyptios
etiam & Hebreos ex tunc adeò non conve-
niebat, ut ne cibum quidem unā capere
sustinerent; cuius rei nulla fuisse alia causa
videtur, quād Ægyptii bruta qua-
dam animalia colerent à Judæis mactatio-
ni & sacrificiis definata. Insuper certum
tenemus, Hebreos contraria in Egypto
Iudea ad Idola prouisse, quod virtus illis
Prophetis vertitur (h); & in vultu aureo
in itinere per desertum paulò post exti-
tum ab Ægypto (i), sicut & ex Idolis
secum in eodem itinere in ediculis delatis
(k), arguitur. Idem produnt Leges Mo-
saicae, quæ regnante jam Idolatriam
præsupponunt, longaque aetate jam obti-
nente in Egypto, Chanaanitide, re-
gione Madian, & Moab; Idolatriam, in-
quam, non astrorum tantum, & ele-
mentorum, sed brutorum etiam & homi-
num.

I Exod. 20. 4.
m Exod. 32. 4.
n Levit. 18. 7.
o Num. 25. 2.
p Levit. 18. 21. & 20. 2.
q.

h Ezech. 16. 3.
4. 5. Amos 5.
25. 26.
i Exod. 32. 4. 5.
k Amos 5. 25.
26. Amos 7. 42.

Deut. 7. 5. & 12. 3. præcepit. Mento est
etiam apud illum de septis ignem eter-
num Soli sacrum conservantibus (q).

Hæc certissima, qua unquam assignari
possit, idolatriæ epocha; quanquam non ea
est, quæ originem & exordium erroris, imo
nec etiam progressum doceat. Absolutam
enim jam & proœctam exhibet supersti-
tionem, cum iam astra, homines, & bru-
ta divinis honoribus gauderent; magia,
divinatio, & impietas ad summum malo-
rum devenient; sicut & turpissima quæ-
que via superstitio cultus propagines,
nil unde crescerent, haberent ultra (r).

q Levit. 26. 30.

r Sap. 14. 22.

s Apud Euseb.
Prep. l.1. cap. 9.
p. 28. 29.

Theophrastus apud Porphyrium (s) tra-
dit, jam inde ab infinita propemodum eti-
ate Ægyptios, mortalium illos sapientissi-
mos, Deorum coelestium cultum, & sacri-
ficia in suis focus oblatra adoptasse; non
sacrificia quidem thuris, & aromatum, (que
recentiora sunt) sed virulentum herbarum,
quas puris manibus lecas Coelum versus
elevatas offerebant, veluti naturæ primi-
tias; terra enim, antequam animalia ge-
neraret, plantas produxit. Plantas igitur
integras cum foliis, & radicibus evellentes
igni imponebant, eo Sacrificio Numinum
sibi opem imploraviri. Nec minor erat il-
lis cura eternos ignes sive in Tempis,
vel in septis ad id consecratis feruare.
Abhorabant autem adeo, at ille, ab hac
thuri, & cruentorum sacrificiorum,
quæ hodie obtinet, profusione, ut male-
dictis onerarent quicunque à veteri ista
consuetudine reedere ausi fuissent, cu-
jus hodie ne memoria quidem superest.
Sed & Porphyrium, & Theophrastum pro-
vocamus, ut vel unum exemplum profe-
rant cultus eorum, quos appellant, cale-
stium Deorum, apud veteres Ægyptios,
sicut & Religionis illius commentatæ,
quam illi sibi in mente suâ fabricarunt.
Non sunt impræsentiarum hypothæses at-
que præclaræ rerum ideæ excogitandæ:
rerum gestarum veritatem quærimus, &
documenta. Certiora proferi Scriptura re-
motissima etatis, ultrâ quæ, si quid ha-
bet Porphyrius, & Theophrastus, nullo
tamen fatis firmo documento afferuntur.

Diodorus Siculus l.1. author est, Osiri-
dem Regem Ægypti insigne Templum ex-
citasse Jovi & Junoni parentibus suis; bi-
nas in eo ediculas Jovi consecrasse, qua-
rum alteram de nomine Jovis caletis,
aliam Jovis Ammonis appellatam voluerit.
Osiris diu ante Moysem vivebat, eisque
etate aliorum etiam Deorum in Ægypto
cultus obtinebat. Jupiter Ammon judicio
plurium Eruditorum ipsissimus est Cham-
pater Mezrain & Regni Ægyptiaci pri-
mus author. Phoronæs sive Meropis om-
nium mortalium primum Tempa in Ægypto
erexisse, Arnobio contra Gent. lib. 6.
creditur; suppar erat autem Abrahamo,
cum Apim, qui Meropem habuit decesso-
rem, ad etatem Isaac Eusebius conferat.
Apud Lucianum (*) legimus, Cyniram Ve-
neris Templum longe vetustissimum in-
monte Libani consecrasse; sed hujus viri

* De Dea Syr.

etas

etas, juxta supputationem doctissimorum
Chronologorum, cum bello Trojano com-
ponitur: quare nullum remotissima anti-
quitatis privilegium ex epocha ejus Tem-
pli Veneri concederetur. Refert etiam
idem Author, non defuisse, qui primum
Templi Deæ Syrig authorem Deucalio-
nem crederent, quem virum alii cum Noah
confundunt. Sed hujus opinionis nullum
extat documentum.

Rudis illa Idolatriæ mortales & simu-
lachra Divinis honoribus colens, nec re-
cens in Gracia inventum est, nec minoris
vetustatis, quam ut apud Chaldæos, Phœ-
nices & Ægyptios obtineret. Docuisse se
Græcos duodecim maximorum Numinum
doctrinam simul & superstitionem jactitant
Ægypti (t). Se etiam primos Authors
gloriantur Templorum, Altarium & simu-
lachrorum. Assentuntur & Graci, plura
se receperis ex Ægypti professi; sed quo
potissimum tempore, incertum. Belli Tro-
jani etate Græcorum religio jam tota ob-
tinebat; non enim duodecim majores Di
desiderabant, non Sacerdotes, non sa-
cra, non Augures; & hac è remotissimâ
estate invecta. Hesiodus Homer suppar,
Theognion nobis reliquit partim veram,
partim commentiam, quæ à remotissimis
fontibus Paganorum Deos deducit. Sed fa-
cile ab exteri Genealogias hascas & tra-
ditiones accepta Græci adoptarunt; quem
admodum ex Ægypto deduxisse illos no-
mina Deorum Herodotus ultrò fatetur (u);
tradit enim cœrenoriam partem ad Cad-
mum & Phœnices in Boeotiam ab illo de-
ductos repetendam fuisse; quemadmodum
Bacchi solema (x) à Melampo instituta,
& à Cadmo iuxta Herodoti conjectu-
ram adoptata. Deorum verò chronologiam
adè in Græciam celebrem, recentius Græ-
corum inventum esse censuit, nec nisi post
adscitos Deos ab Ægypto (y). Quin &
ipsum Ægyptiorum confessione, commen-
titia illa Numinia totidem erant veteres
Regionis Principes, quorum illi etatem &
genealogiam designabant. Repetebant illos
quidem ex remotissima origine; sed vetu-
statis licet privilegi donati, semper tam-
en mortales erant, in censem Numinum
adsciti, quorum alter alterum genuerat.
Hoc sanè apertissimum est documen-
tum vanæ & commentitiae eorum gentium
religionis, & Theologiae.

Sunt qui maluerint Idolatriæ origi-
nem è Phrygiis repete (z); alii acser-
unt è Melissio Rege Creta. Græci tradunt
(a) Cecropæ Regem suum omnium
primum simulacrum consecrasse, cui nomi-
ne Jovis donato hostis immolatis litarit.
Alii dedicata primùm simulacra Dardalo au-
thori tribuunt (b); sed vir ille sculpen-
ti arte eximius, veteres quidem statuas
exquisitoris artificio reformavit, non pri-
mus invexit. Ante illum uno equabilis la-
pidis ductu exprimebant simulacra, qua-
lia etiam nostræ etate spectamus in qui-
busdam Ægyptiis monumentis, junctos si-
mul pedes & brachia lateribus veluti glu-
ne referentia. Rudem etiam sculpturam
Dardalus ita reformavit, ut expressa scalpo-

Dissert. Calmet. Tom. I.

t Vide Mars-
ham. Can.
Egypt. Sacul.
xi.

simulacra propriis ad naturam accederent
(c). Quadrant hæc cum traditis Sap. 13.
11. de artificio & soleteri sculptorum,
quorum expressa elegantissimo opere simu-
lacula multū Idolatriæ provexerunt;
eleganti enim contubernio delectari Deos
rudes populū opinantes, in eis maxime sen-
tentia confirmati sunt ex Oraculis, quæ
à simulacris illis reddi credebant.

Præterundam censimus originem Ido-
lolatriæ apud Romanos, Scythas, Germanos,
Gallos & Africanos; praterquam
quod enim illorum de veteri religione res
vetustatis, quam ut apud Chaldæos, Phœ-
nices & Ægyptios obtineret. Docuisse se
Græcos duodecim maximorum Numinum
doctrinam simul & superstitionem jactitant
Ægypti (t). Se etiam primos Authors
gloriantur Templorum, Altarium & simu-
lachrorum. Assentuntur & Graci, plura
se receperis ex Ægypti professi; sed quo
potissimum tempore, incertum. Belli Tro-
jani etate Græcorum religio jam tota ob-
tinebat; non enim duodecim majores Di
desiderabant, non Sacerdotes, non sa-
cra, non Augures; & hac è remotissimâ
estate invecta. Hesiodus Homer suppar,
Theognion nobis reliquit partim veram,
partim commentiam, quæ à remotissimis
fontibus Paganorum Deos deducit. Sed fa-
cile ab exteri Genealogias hascas & tra-
ditiones accepta Græci adoptarunt; quem
admodum ex Ægypto deduxisse illos no-
mina Deorum Herodotus ultrò fatetur (u);
tradit enim cœrenoriam partem ad Cad-
mum & Phœnices in Boeotiam ab illo de-
ductos repetendam fuisse; quemadmodum
Bacchi solema (x) à Melampo instituta,
& à Cadmo iuxta Herodoti conjectu-
ram adoptata. Deorum verò chronologiam
adè in Græciam celebrem, recentius Græ-
corum inventum esse censuit, nec nisi post
adscitos Deos ab Ægypto (y). Quin &
ipsum Ægyptiorum confessione, commen-
titia illa Numinia totidem erant veteres
Regionis Principes, quorum illi etatem &
genealogiam designabant. Repetebant illos
quidem ex remotissima origine; sed vetu-
statis licet privilegi donati, semper tam-
en mortales erant, in censem Numinum
adsciti, quorum alter alterum genuerat.
Hoc sanè apertissimum est documen-
tum vanæ & commentitiae eorum gentium
religionis, & Theologiae.

Sunt qui maluerint Idolatriæ origi-
nem è Phrygiis repete (z); alii acser-
unt è Melissio Rege Creta. Græci tradunt
(a) Cecropæ Regem suum omnium
primum simulacrum consecrasse, cui nomi-
ne Jovis donato hostis immolatis litarit.
Alii dedicata primùm simulacra Dardalo au-
thori tribuunt (b); sed vir ille sculpen-
ti arte eximius, veteres quidem statuas
exquisitoris artificio reformavit, non pri-
mus invexit. Ante illum uno equabilis la-
pidis ductu exprimebant simulacra, qua-
lia etiam nostræ etate spectamus in qui-
busdam Ægyptiis monumentis, junctos si-
mul pedes & brachia lateribus veluti glu-
ne referentia. Rudem etiam sculpturam
Dardalus ita reformavit, ut expressa scalpo-

N n

L.

